

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Menippus sive dialogorum satyricorum centuria  
inanitatum nostratum speculum**

**Andreä, Johann Valentin**

**Cosmopoli [i.e. Straßburg], 1618**

39. lactantia Literaria

[urn:nbn:de:bsz:31-107424](#)

aliam homini cum Deo intercedat conversatio,  
 sitas. A. Quid nullam amoris & obsequij commercium, statis  
 eno dico, nisi horis ad præscriptas preces curritur, quibus de-  
 , nisi quæ Cœlesti murmuratis omne petitum subsequi debere ar-  
 tis istos & arbitrantur. E contra ubi conscio & invitato Deo  
 preces dicuntur omnia fiunt, eodemque mittente omnia prom-  
 reuerat & libet pè suscipiuntur, verbis ad preces vix opus est,  
 id persuaderet quin imo universa vita hominis divinum fit  
 omnes querentes colloquium, sed tu quid rides? A. Hominum  
 preces praecipi genus, quod magna virtute parte letum, bibulum,  
 dominica oratione tumultuarium, si quando infelior aliquis ca-  
 unius iesu adderet sus incidat, ad libellos properat, & deterso prius  
 uia Sacri Spiritus pulvere, torvum videns, & multum suspirans  
 dum me intell. preculas sibi querit, malo convenientes, admiri-  
 tatis defensas, ru- rantibus interim, si qui adsunt, reinvitatorem fa-  
 e genera variarunt miliaribus. B. Bene equidem de talibus merere-  
 hec caput vellet tur, qui precationes magicas præscribere posset,  
 ones, confidio instruic illius, quamquam pri-  
 quamquam pre- munum sistere, quod volunt malorum subsidium.  
 scripsi ubiq-  
 uora, Deoq; o-  
 zim simplicius  
 pperenda veri-  
 ortasse, et rati-  
 onem, qui libe-  
 rquamnos aqua-  
 plorium incep-  
 posse grandiori-  
 tam admirabilis  
 B. Hoc effilios  
 ophanos cum ne-  
 iibor

### 39. IACTANTIA LITE- RARIA.

A. O quis mihi opes det, & optima quæque  
 huius terræ emerem! B. O Sapientia ali-  
 quantulum haberes, & opes facile contemne-  
 res. A. Inepie, putasne me auri vel argenti  
 massis delectari posse, non v. privilegiis, quæ  
 nummis veneunt? B. Quibus? A. Sapientia,  
 dominio, fortitudine, ingenio, & orbis huius  
 plane

*Inti non & falsi.*

72

I A C T A N T I A

planè rarissimis. *B.* Atqui hæ Philosophorum possessiones sunt, quibus ad sublimia evecti, suaviter vos metallorum custodes, & terra fôlores, ridendo despiciunt. *A.* Illosne dic? quos minimi divites conducunt, quorum lingua mentiuntur, quorum humeris sustolluntur, quorum phantasijs delectantur, quorum morte vivunt, & quos inclemteriori intuitu enecant. *B* Imò illos potius, qui astris dominantur, terram dispensant, mores humanos formant, naturam provocant, fortunam rident, opes calcant, ingenio circumvolant, Tyrannos increpant, & mortem familiarem habent. *A.* Vah! semper tu priscos illos Heroas somnias & Sapientum umbras nobis opponis, puerorum terriculamenta. Ego vero hodierna exempla tibi exprobro antiquorum vix simias: scilicet quos Calendarij characteres excruciant, aut agelli jugerum extollit, aut coniugis turbecula circummagunt, aut vulgate artis admiratio abripit, aut fortuitus casus dejicit, aut nūmuli spes extimulat, aut sorridâ vincula detinent, aut Principum mores secum trahunt, aut mortis memoria exanimat. Interim Lycurgi, Plat. Arist. Plin. Eucl. Gal. Liv. Virgilij audiunt, & regnum carthaceum magno supercilio occupant. *B.* Vide quam iniquus sis illis? Nonne & Divinum volumen explicant, & justitiam administrant, & corpus ægrum curant, & animum indomitum cicurant, & Naturæ repagula recludunt, & cœli motiones explorant soli, pro reliquorum otio ac usu occupatissimi, ut meritò non sibi, sed in Generis humani comoda

L  
oda subdialecta  
litterati tuam, h  
um facit, & ter  
clarissime sustin  
tus multe moto  
rem opinionem  
incedulatatem,  
in uitiationem  
mias divitique  
stufgia confice  
Mundo regul  
a occurrant, v  
incident. *B.* T  
eruditonem  
vis committit  
verba. Milti  
diuturnaque  
in mejores ille  
dubriciores ac  
40. CC  
Q  
Vam iniqu  
inter gravi  
multissimas ill  
ita omnis, ac l  
ita adieradicu  
scuum mearu  
litorum hom  
um compofit  
superatis & ob  
uvos felicissim

moda subsidiaque natos credas? A. Laudo similitatem tuam, hęc enim te mitius ferre jugum tuum facit, & rerum vilissimarum admiratione te planissime sustinet. Nolo itaque te scire, prius multis motorem ventrem, summum doctorem opinionem, exoptatissimum encomias credulitatem, denique possessionis complexum imitationem esse, quibus si temporis opportunitas, di vitisque favor aspirent, vanitatis humanae fastigia condescant, indeque irregularissimas Mundo regulas praescribant: Sin aduersa aliqua occurrant, uno momento fama, voce, vita excidant. B. Tua opinione religionem stupidis, eruditionem fatuis, mores barbaris, imperia servis committimus? A. Hęc sunt literarij fastus verba. Mihi vero dulcissimum est experientia diuturna, ac conversatione intima didicisse, non meliores illos aut rerum certiores esse aliis, sed lubriciores ac loquaciores.

## 40. CONVERSATIO.

A. Quid iniqua mea fors est nunquam fuisse inter graviora colloquia & consultationes prudentissimas illorum admisum, quibus res publica omnis, ac literaria innititur? B. Quid tu hic adfert tragicum? A. Quid aliud, nisi cogitationum mearum aestus, quinuspiam Excellentissimorum hominum censuris examinati, nunquam compositi & subacti sunt, sed inter se, sub paupertatis & obscuritatis tenebris tumultuatur, dum vos felicissimi magno compendio rerū omni-

D um